UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

Z Ante Y

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

ſimere debuerāt. Hic etiā pinxit Helenę ſimulachꝝ.
Zeuxo: fuit (teſte Heſiodo) vna ex nymphis/filia Oceani et Tethyos.

Z Ante I

Zigena: nomen piſcis maritimi: vt eſt apud Ambro. Quid gladios loquar aut çigenas.
Zigax: ea terra fert ex q̄͏̈ populi exierint q̄ noſtra ętate cū liberis ⁊ vxoribus europā ꝑuagant̄ çigari appellati inſignes fures/et ſine tecto viuentes.
Zinçiber: radix. Et apud nos immutatis litteris dicimus Gençiber.
Ziph: nomen vici a quo çiphei dicti ſunt: de quibus i libro .ij. Reg. fit mentio.
Ziçania nię. ⁊ çiçanium çiçanū: quid ſignificet: Ambro. libro Hexa. declarat dicens. Loliū ⁊ reliqua adulterina ſemina quę frugibus ſępe miſcent̄ çiçania nuncupari/euāgelij lectione cognouim⁹: ſed ea ꝓpriū quoddā genus habēt: nā ex tritici ſemine i aliud gen⁹ ſeminis decolora mutatione trāſlata degenerē traxere naturā. Hoc docet dn̄s dicēs: Venit inimic⁹ ⁊ ſupſeminauit çiçania inter triticū.
Ziçiphus pe. cor. gen⁹ arboris/quā noſtrates çibebos vocāt: çiçipha fructus dicunt̄. Pli. lib. xv. Aeque peregrina ſūt çiçipha et tuberes quę ipſa nō pridē venere in Italiā. Hęc ex Aphrica: illa ex Syria.

Z Ante O

Zodiac⁹ pe. cor. dici pōt aialis: ab effigie aialiū: Nam circulus eſt in quo .xij. ſigna ſunt in formā aialis figurat⁹: vt Aries/taurus. Gręce eñ ζωα aialia dicūtur çographia/aialis pictura. Alexan. aūt aphrodiſe⁹ dixit galaxiā circulū realē eſſe in cęlo: ⁊ ſubdit in cōmētarijs meteorologicorum Ariſtotelis ιστορεῖ δὲ τῶν μὲν καλουμένων πυθαγορείων τινὰς γαλαξίαν ὅλον λέγειν εἶναι τῶν κύκλον τὸν καὶ ἥλιον πρότερον τοῦ τὸν φέρεσθαι.
Zographos: pictor animaliū. Zographia: pictura.
Zona: cingulum quo cingimur. Mar. Lōga ſatis nūc ſum: dulci ſed pondere venter Si tumeat: fiam tum tibi çona breuis. Hęc ⁊ Lox dicit̄ et baltheus: q̄uis baltheus ſit etiā a quo arma dependent: et Cinctus et Cingulum a cingendo.
Zopyrus penul. corre. phyſionomiſta dictus eſt/q ꝓfiteretur hominum mores naturaſq; ex corpore/oculis/vultu/fronte ſe poſſe pernoſcere. Qui cū turpia quędā et a v̄tute aliena de Socrate dixiſſet: ac a multis iccirco derideret̄. Non errat (Socrates reſpondit) Zopyrus. Huiuſmodi eñ natura eſſem/niſi naturam philoſophia ſuperaſſet. Fuit et alius Zopyrus: de quo dicere ſolebat Dari⁹: ſe çopyrū malle integrum/q̄ viginti capere babylonas: çopyri eñ aſtu babylone potitus erat Darius.
Zopiſſa: apud Pli. viuam picem ſignificat. Vel çopiſſa pix quę et nauibus traditur/admixta cera et marino ſale macerata: multo ad oīa efficacior q̄ alię pices. Sed ꝓprie reſina ex pinu: q̄uis Diaſcorides addit alia etiam ſignificata cum ait: ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ καλουμένην ὑπέριων ἀπόχυμα οὖσαν διὰ χυτικὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρεχέσθαι οἱ δὲ τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν.
Zoroanda: lacus quem efficit Tygris fluuius ab vno latere tauri montis.

Z Ante Y

Zyme: fermenta: çymes: panis fermentatus. Açymus a. um. ſine fermento.
Zythus quid ſit nemo poteſt dubitare ex v̄bis ſuidas noſtri: q̄ ita ſcribit (etiā Diaſcorides tractat) ζῦθος οἰνέσ ἀπὸ κριθῆς γινόμενος.

Præſens latium ad Argiuos ſe protendens/vocabulorum fontale volumē: venerabilis atq; perdocti patris: fratris Ambroſij Calepini Bergamatis: ordinis æremitarum ſancti Auguſtini profeſſi: Nuper duodecimo Kalendas Martias. Salutis anno Milleſimo quingenteſimo duodecimo: Baſiliorum urbe: per honeſtū Adam Petri de Langēdorff: Studio & accuratione: calcographaq; induſtria cōſummatū: atq; iuſtiſſima caſtigatū lima. Impenſis prouidi viri Leonardi alantſee/ciuitatis wiennenſis accolā/bibliopolǣq;. Cuius ubertatis ſit: quantūq; cōmuni ſtudioſorꝝ utilitati conferat: hi iudicent qui dictionum interpretationes ex aliorum codicibus pernouerint. Si quem iuuat Nonium/Marcellum/Feſtū/Pompeium/Pedianū/Seruium/Donatum/Varronem: cæteroſq; illuſtres Dictionarios: in hoc unico reperiet coactos volumine. Et ſi aliorum errata grammaticorꝝ caſtigare cupieris: præſens uti tutum perquire aſilum. Laus deo omnipotenti.

18. Febr